

Publica vox haec est, est haec doctissime LINCKI.
Vox Tua, quam ingenii dexteritate probas.
Una est cura Tibi, mente in conjungere Vero;
Quam Bona res! Hinc Te Bona Veram manent.

Gratulabundus fessis
PRAESES.

T E Soph:
U
Gratulor ex
Faycar

it amore,
rit tui.
a Jovz
poli.
no delecto gratulatur
achimus Erythræus
Bela-Ungarus.

Ad Pet.
N ubigen.
Or
Sic primis
Err
Una redoci
Ut
Nemo sacre
Ni
Quam pru
Agg
Entis natu
Ipso p

Non aliud tantis tuus addere gaudet AMICUS
Anibus, inde metas quam bona docta precor.
Us Patrie columen, seniig corona paterni,
Et sis Philosophus Theologusq; bonus.

ADAM SELLIUS, Fr. March
S. S. Th. Stud.

F I N I S.

JESU BONE FAVE!
DISPUTATIO METAPHYSICA
SEPTIMA.
SUMMARIAM DECISIONEM
CONTROVERSIARUM

DE

ACTU & POTENTIA

itemq; DE
PRINCIPIO & EO CUJUS EST
PRINCIPIUM

occurrentium
exhibens

quam
In Florentissima Leucorea
Sub Presidio

M. JOHANNIS BAYERI

Eperiesino-Hung. Facult. Philosoph.

Adjuncti
Publica Philosophantium lice
submittit

JOH. GEORGIUS VVEDELIUS

Sprembergiâ Lusatius.
Ad diem 23. Febr. Horis Pomerid.
in Auditorio Minoris.

WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS BORKARDI.

J. B. F.

Affectio Entis quæcunq; formaliter spectata, non Ens ipsum notat, nec quidquam realiter aut ex natura rei ab Ente diversum, sed quandam illius habitudinem, realem ac positivam, formaliter per rationem ratiocinatam, utiloqvantur, ab ipso distinctam, eidemq; hoc pacto super additam, competentem tamen, citra & ante operationem Intellectus. Quæ ipsa habitudo, perfectio quædam est, prærogativa, dignitas, excellentia: denotans vel Connotatum qvoddam positivum, ex aſſe reciprocum, ceu Unitas, Veritas, Bonitas; vel Statum ejusdem pro ratione descensus alium aliumve, ceu Disjuncta, quæ vocantur, Attributa, omnia universim, & universa singulatimi. De Unitis, actum præcedaneis discursibus, restat, ut cæteras quoq; perlustremus. Dispertiemur autem operas, cæteroq; negotio impares futuri. De Actu & Potentia, itemq; Principio & Eo cuius est Principium, disputabimus in præsenti de reliquis suo item loco.

SECTIO I.

DE ACTU ET POTENTIA.

DECISIO

I. *Est quedam in Ente, vera, realis & positiva, aḡ ceteris formaliter distincta Affectio, qua Ens eo in Statu locatur, ut dici mercatur, Actus vel Potentia, descensu cum disjunctione instituto.* Secus atq; Scholasticorum plerorumq; fert praxis, qui de Actu & Potentia vel nihil omnino tradunt in Affectionum Entis doctrina, vel quasi aliud agentes, hinc inde tūm in Physis tūm Metaphysicis, tūm alibi particulias hujus rei nonnullas inspergunt.

II. ACTUS inquam & POTENTIA; non ACTU vel POTENTIA. Ita cum Dn.D. Scharffio, Bartholino, Sengverdio aliisq;: quicquid etiam velit Stahlus, Ebelig, Paulus Voetius, Rob. Baronius, Homborgius, alij. Nempe ut ac notentur per hæc ipsa.

Non 1. Status diversi diversorum Entium, juxta quos alterū eorum sit, seu existat actū in rerum natura; Alterum in pura potentia sua cause, quoad esse nūdē objectivū. Ut sumitur apud Arist. l.3. &c. dñgo. c.1. Interpretē B. Jac. Mart. in Exerc.

Non 2. Status diversi ejusdem Entis secundum rationem Existendi, juxta quorū alterū id ipsum existat Actū, ac juxta alterū non nisi Potentia. Prout ab Averroë, Thoma, Zimara & ipso Aristotele alicubi accipitur, teste eodem B. Jac. Mart.

Non 3. Respectus cujuscunq; Entis seu Actualis seu Potentialis, quo id dicatur esse posse, seu possibile esse non solum quod in Potentia est, sed etiam quod est in actu. Quam acceptiōnem Potentiae æquivocam & impropriam esse, Aristoteles ipse & post eum Zabarella, ac hos secutus B. Jac. Mart. confitentur.

Non 4. Per Potentiam quidem id solum, quod dirigitur ad Album, ut ab eo perficiatur: & contra. Utiretē contra Al-
stedium statuit Baronius.

Non 5. Ipsa vis & facultas agendi ac patientiæ, aut actio & passio illi respondens. Uti communiter loqui amant: que tamen locutio vel juxta nostram sequentem explicanda, vel omnino deserenda.

Sed 6. Status Entis, quo id potest quidpiam agere aut recipere. Ex adverso, Status Entis, quo quidpiam agit aut recipit. Prior status denotatur in rebus per Potentiam; posterior per Actum. Nec datur ulla res quæ alterutro non gaudet.

III. POTENTIA in Actuam & Passivam dispeſetur, & recte, & sufficienter & ex usu communi. Ubi

a. Insufficienter, ac perperam, insuper describitur Activa Potentia, quod sit principium motus aut transmutationis in altero prout alterum est. Passiva autem, quod sit principium transmutationis ab altero quatenus alterum est. Quæ descriptions ex Aristotele à plerisq; adducuntur, approbantur, & va.

& variis interpretationibus, dilatationibus, aliisq; id genus stabilimenti, ne omnino corrunt, sufficiuntur. Vid. Baron p.75.

2. Nec satis dextrè Activa quidem, quod sit in cuius virtute aliquis continetur effectus, & per eam produci potest: Passiva quæ aliquid aptum est recipere aliquam formam. Velut Stahl. c.5. p.40. ex Hurtado philosophatur: quoad potentiam v. passivam etiam Sengverdius c.16. p.75.

3. Nec quod Potentia Activa sit vis seu facultas agendi: Passiva vero seu facultas recipiendi. Nisi rem ita explices deinde uti sequitur, quod fortassis intendunt, licet ob evidentiā expresse non dicant pleriq; qui ita philosophantur.

4. Sed Potentia Activa est Status Entis qui id potest quid agere: (scilicet principium quod seu quo) Passiva Status Entis quo id potest quid recipere (scilicet ut subjectum quod seu quo) Et sic ex opposito de Actu quoq;

5. Que in tantum diffident a se in vicem, ut distincta penè requirant subjecta: Et licet foris in eodem subjecto & respectu ejusdem partis sint, non tam in eodem modo, nec formaliter, hoc est secundum eandem rationem. Vid. Javel. 9. Metaph. q.3.

IV. Adequata etiam hec divisio est. Contra eos qui huc loci intrudere conantur Potentiam Objectivam, aut Resistivam, aut alias eius commatis, de quibus jamjam. Etenim.

1. Potentia Objectiva Scotistica, non est vera & realis, ab Activa & Passiva distincta potentia, quæ res si quidpiam reale antequam existat in rerum natura. Scotus invenit hanc Potentiam teste Javello 9. Met. q.3. i. quamquam de mente illius variae ad huc sint lites. Vid. Joh. Lalemand. disp.7. Met. part.1. Ipse etiam Lalemand et hanc Potentiam defendit cum aliis multis: Stahlius item Homborgius, Baronius & alii.

2. Etsi enim certum sit quodlibet rem passibilem dicere non

285

repugnantiam ad potentiam productivam illi respondentem, in quo consistere dicunt potentiam objectivam; habeatq; hoc p-cto q; rebus res possibilis, etiam dum nondum existit, esse quodam objectivum in illa potentia; illa tamen non repugnantia in se spectata, non est quid reale, multo minus Affectionis realis, sed pura puta negatio ejus rei, cuius conceptus non est absurdus & contradictorius; quaq; capropter ab aliquarvi potest produci: sic illud esse objectivum, quod in potentia cause producentis habent res, antequam Actu existunt, ex parte ipsarum rerum non existentium, est purum putum Nibilis: Potentia v. ipsa seu vis causa, huc nihil quicquam facit. Ita Thomistae cum aliis multis nominatim Javellus, Soncinas, Fr. de Oviedo alioq; cum Nostratibus plerisq;.

3. Similiter Potentia Resistitiva, formaliter spectata qua per nudam subjecti inhabitabilitatem, aut immediata actionis sine ulla Reactione, frustratione ac elisione, impeditur effectus, non tam est Potentia, quam defectus Potentiae Receptive aut privativus aut negativus.

4. Eadem vero spectata Radicaliter cum Reactione, & quasi per diminutionem virtutis Activa in Agente est ipsa potentia Activa. Vid. de tota hac decis. Svarez. disp. Met. 43. sect. 1. & hunc secutus B. Jac. Mart. in Part.

V. Quando Potentia in Naturalem & Obedientiale dividitur, accipendum illud, de Passiva duntaxat Potentia: nec singenda Potentia Obedientialis Activa. Contra Scotistas præcognitione autem Jesuitas, qui excepto fortassis Vasquezio, Ragusa, Alarco, penè omnes hanc ipsam tuentur, uti videre est apud Oviedum idem cum ceteris sentientem disp. phys. 9. punct. 6. additipulante Francisco B. spei Tract. i. phys. disp. 8. dub. 4. res 3. & Joh. Lalemand. disput. 10. Met. part. 2. Qvibus adjungi potest e Nostris Ebelius, Stahlius, Bechmannus & alii. Thomistæ contra hanc potentiam obedientiale activam rejiciunt, qvos sequuntur pleriq; Nostrates.

286

strates. Vid. Phil. à Sanct. Trin. 2. 2. qvæst. 46. art. 2.

Quangram non raro, ubires elevata jam est super statum suum, videatur agere ipsam supra naturales facultates, per potentiam Obedientiale Activam; ubi tamen actio tota in solidum adscribenda est vel agenti superiori, aut ad minimum causæ alicui naturali ex propriari agenti, applicata ad rem merè obedientialiter se habentem, ut ipius in supernaturalibus, posterius in artificialibus nonnullis est conspicuum: vel tandem novis inditis viribus, quæ tunc non sunt obedientiales merè, sed subjecto ut tali naturales; uticum aqua in vinum versa, calefaciens vim, vino in cuius naturam transmutata est, naturalem exeruit.

VI. Potentia illa Obedientialis Passiva:

1. Non est qualitas aliqua supernaturalis, aut aliud quidvis positivum essentiare superadditum. Pro quæsententia citantur nonnulli apud Fonsecam 9. Metaph. cap. 1. q. 4. sect. 2. seqq. qui tamen in eo dissentunt, an qualitas illa se habeat per modum alicujus permanentis vel transcendentis. Qualitatem istam adjungit essentia Franc. B. spei qvoq; l. d. loquitur tamen ibi disjunctivè.

2. Sed intrinsecè quidem & ex se, ipsa rei essentia cum non repugnantia ad recipiendam actionem quamcumq; agentis superioris. Vid. Fonsec. l. d. Mend. disp. Phys. 9. §. 170. Oviedo cont. Phys. 9. punct. 8. Phil. à S. Trin. 2. 2. q. 46. art. 3. & alij. qvorum tamen excepto Philippo, pleriq; promiscuè hic loquuntur de Potentia Obedientiali Activa & Passiva, & fere tantum respectu DEI & creaturarum.

3. Sitamen daretur Potentia Obedientialis Activa, quæ posset e.g. Creatura concurrere cum DEO ad affectus supernaturales, & a se aliter haberet, essetq; qualitas quedam positiva rei superaddita. Contra eos Scotistas & alios ipsi adsentientes, qui Potentiam Obedientiale Activam tuentur, de eavero promiscuè veluti de Passiva loquuntur, quod sit ipsa rei

rei Entitas cum aliquâ non repugnantia ad Dei potentiam.

VII. An omnis Potentia Obedientialis sit supernaturalis, quæritur. Quæ quæstio intelligi potest vel de *Termino ad quem*, hoc pacto: An omnis potentia obedientialis terminetur ad effectum supernaturale, an verò ad Artificialiæ quandoq; vel de *Termino à quo*, seu cui dicitur quid obediens, hoc pacto: An solus Deus possit formam introducere in subjectum, ad quam illud naturaliter nullam dicit habitudinem & capacitatem: an verò artifex quoq; & vel tandem de modo competentie, hoc pacto: an semper, imò an unquam, potentia obedientialis competit rei, per superadditionem novi cuiusdam positivi supra subjecti naturam; an v. id opus non sit? de singulis distincte.

1. Non omnis potentia obedientialis terminatur ad effectum supernaturale, sed quandoq; ad Artificialiæ. Ita contra plerosq; Scholasticos, quorum vix ullus effectum artificialium meminit, sed loquuntur omnes ferè tantum de effectibus supernaturalibus. Expressè v. defendit horum institutum Stahlus Com. Met. p. 74. seqq. Ubi tamen frustra protestatur, naturale h. l. opponi non artificiali, sed obedientiali.

2. Et si Potentia Obedientialis maxime eluceat in Creaturis ad potentiam Dei relatis: potest tamè & artifex in subjecta non pauca introducere formam, ad quam naturaliter nullam dicunt habitudinem & capacitatem, cuiusq; non sunt nisi per nudam potentiam obedientiale receptiva. Contra eosdem ac principiè Stahlum, & qui hunc sequuntur.

3. Potentia Obedientialis formaliter non competit rei per superadditionem novi cuiusdam positivi super ejus naturam. Contra eos, quibus opposita est Decisio præc. 6. mem. 1.

4. Quod si tamen esset aliqua in rebus potentia obedientialis Activa (quod tamen non admittitur) illa utiq; competit rei per superadditionem nova qualitatis positiva. Contra eos quibus opposita est Decis. præced. 6. mem. 3.

VIII. Sub.

VIII. Subjectum Obedientialis Potentia non est Agens sed Passum Ita communiter. Ubi frustra ac præter rem Dn. D. Scharifum suggillat Bechman. in dis. de Potent. Obed.

IX. Potest Deus ex qualibet re extra se, quamlibet aliam rem cum Entitate istius quocunq; modo compibilem producere, prout nempe è lapidibus filios Abrab. potest exsuscitare. Quod alias ita exprimitur: dari in quolibet subjecto Potentiam Passivam Obedientiale ad recipiendam quamlibet formam, non aliquid essentialiter determinato subiecto, uti est modus v. g. Adducit ibi Pont. contra Mastrium hac in re disputatam.

Non datur v. in quaunque Causa Efficiente Potentia quedam Obedientialis Activa ad quidlibet aliud producendum. Contr. Fr. B. Spei. Eosq; quos citat Ref. 3. & alios multos.

X. Potentiam aliquam s. Passivam s. Activam veram, realem, & propriè sic dictam dari, que inter naturalē & violentiam sit media, adeoq; Neutra indigitanda, admitti vix potest. sicut & Potentia illa seu inclinatio violenta est σιδηροξελον. Alias v. certum est, res quasdam naturaliter inclinare, & habituarem sovare ad quippiam; ad aliud verò non item, ita, ut non nisi vel purè obedientialiter sese habeant ad hoc ipsum & ejus oppositum, vel planè vim patiantur. Certum item est, res quasdam ad quippiam naturaliter inclinare, alias verò illud ipsum planè respuere, alias deniq; nec dissidere ab eodem nec cum eo consentire. Nihil tamen horum arguit ejus generis Potentiam Neutram. Scotistæ h. i. rursus in utiles sectantur subtilitates. Vide Lalem. disp. 10 Phys. part. i. Operosus qq; est in explicanda hac distinctione Stahlus Comp. Met. p. 78. seqq.

X.. Non datur Actus Entitativus Scotisticus, qui sit affectio Entis propriè dicta. De eo videri possint Autores passim.

B

SE-

SECTIO II.
DE PRINCIPIO ET EO CUJUS EST PRINCIPIUM.

DECISIO

I. *Doctrina Principij* & ejus cuius est Principium, in communi, & actu signato perperam traditur in Physia. Qvod Scholastici pleriq; factitant.

§. Quin potius cura ista & Metaphysico relinq;enda, de promenda verò inde atq; in specialibus disciplinis aliisq; facultatibus applicanda.

II. *Principium v. non est id*, qvod ipsum quidem post aliud necessario nō est: post illud a. aliud natum est esse vel fieri. Ita Arist. in Pöer. c.7. Vid. Fons. s. Met. c.1. q.1. sect.1. Itemq; Scheibl.

2. *Non id*, qvod ipsum quidem est Causa multorum, ipsius vero nulla est superior Causa. Arist. l.s. de gener. Anim. c.7. vid. iid.

3. *Principia b.l. non sunt*, que nec ex se mutuò, neq; ex aliis sunt, sed ex quibus sunt omnia. Arist. l. Phys. c.5. Text. 42. Vid. ibid.

4. *Principia b.l. non sunt*, qva qvod sunt non contingit demonstrare. Aristot. Post. c.10. Text. 73. Vid. iidem.

5. *Principium non est id unde principiatum dependet*. Timpl. l.3. Met. c.1. Coelen. ibid. & Scheibl. in 1. edit. Synops. Philos. disp. 11. Th. 7. Met. Quorum tamen postremus sententiam hanc in suis Metaphysicis retractavit.

6. *Principium non satis dextrè definitur*, qvod sit id pri-
mum à quo aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur. Arist.

4. Met. c.3. & laudat Scheiblerus Met. 1. c.1. num 24.

7. *Nec satis evidenter, Principium est id, à quo aliquid praeedit* quo unq; modo: aut, *Principium est unde aliud est*. Thomas & alij.

8. *Sed principium est Status Entis qvō ad id conseqvitur* quidpiam. *principiatū Statū Entis*, quo id seqvitur ad quidpiam.

III. *Omne principium est prius* Eo cuius est principium, aliquo modo. Damascenus eqvidem negare id videtur, quando lib.1. de Orthodox. Fide c.9. dicit si dicimus Patrem

Princi-

Principium Filij non tamen eo priorem esse ostendimus. Sed loquitur de prioritate famosiore, qvæ est naturæ, aut temporis, a. dignitatis, a. causationis &c. Alias communiter admittitur hæc conclusio.

2. *Pater qvōq; in Divinis recte dicitur principium Filij* & Spiritus S. Filius item cum patre principium Spiritus S. notionaliter, non qridem respectu Essentie, nisi certo charactere hypostatico insignit a.b.e. *Qoos dœwes*: Voce tamen Principij latissime acceptâ, non præcisè pro principio causalî, aut prout diversitatem essentia notat, aut prioritatem nature, temporis, dignitatis &c. Sed prout prioritatem rationis ratioinatio-
ne solum, qvæq; sit Originis duntaxat, naturalis enumeratio-
nis &c. Ambrosius eqvidem videtur insinuare contrarium de fide ad Gratianum cap.5. Alij item Autoris noti-
ne uti malunt: alij tamen Patres ac Theologi communiter nobiscum faciunt. vid. etiam Gregorij de Val. T.1. p.899.

3. *Quà ipsa prioritate rationis ratioinata, puta originis,* ac naturalis enumerationis, qvæ non à nobis pro lubitu configi-
tur, sed fundatur in ipsa natura, scil processu à Patre & Filio,
potest Pater Filio & Spiritu S. & Filius Spiritu S. prior vocari:
cogitandum tamen rationem prioritatis peculiarem, ac longè al-
tioris ordinis hic esse, atq; est in ceteris; prout ipsa ratio principij
peculiaris est, ac ordinis longè supergradientis captum nostrum.

4. *Et hinc dextrè loquendo non est absurdum* tali modo di-
cere, *Filiū & Spir. S. patre, itemq; Spir. S. Filio esse posteriorem*.

5. *Quia tamen in famosi significatu prioritas ferè de na-*
ture, aut temporis, a. dignitatis Prioritate dici consuevit,
Cantius ab istis locutionibus propter vulgus, abstinemus.

6. *Similiter principati nomen odiosum* hic loci est, & non si-
ne imperfectione: utendum igitur est potius phras: *Id cuius*
est principium. Præit Dn.D. Calovius.

7. *Neg. etiam quod aliquid quo unq; modo se prius habet*,
principium famosè dictum necessario obtinet. Cont. Goslavii
Vid. de tota hac re Dn. Scheibl & Dn.D. Calov. in Metaph.

Ad Ornatisimum Respondentem

JOHANNEM GEORGIUM WEDELIUM

I, Cathedram concende, WEDELI & confere pugnata
Vacuam cruento, laude non vacuum tamen.

Quam doctrina parat, quam docte mentis acumen
Subtilitate vinci inani nescium.

Martia non tantum claros dat laurushonores
Hederæq; spondent dulce Musarum decus

AUGUSTUS BUCHNERUS

P. P. & Academia Senior.

Nil nostræ prodest otiosa Potentia mentis
Cadaver est, si mortuæ
Nobilis ACTUS abest.

In te junguntur simul hæc perdoctæ WEDELI,
Magnam geni Potentiam
Actus & iste probat,
Dogmata dum doctæ defendis docta sophorum.
Bene est. perennis singula
Acta seqvatur honos!

PRÆSES

Sic est! Aonias qvisquis meditatur ad arces
Scandere, vincendo cuncta pericla subit,
Et victor præana sonat fruturq; trophæis
Qvæ sibimet meruit sedulitate suâ;
En nunc victor ad est, sunt hic quoq; signa triumphi!
Id ceu WEDELII, Lingua diserta notat.

M. JACOBUS SCHNITZLERUS
Cibinensis Transylvanus.

In Genio qvod, Amice-tuo sepe liverit ignem
Virtutis summa qui sedet axe Deus,
Jam scintilla probat, dum publica pulpita scandis:
Lucida prorumpet tempore flamma suo.

JUSTUS GOTOFREDUS RABNERUS.

F I N I S.

JESU BONE FAVE!
DISPUTATIO METAPHYSICA
OCTAVA.
SUMMARIAM DECISIONEM
CONTROVERSIARUM
DE

CA
.

3
286

ET CAV-

T O.

rentium
libens

quam
issima Leucorea
ib Prefidio

NIS BAYERI

igari Facult. Philosoph.
Adjuncti.

Philosophantium time
submittit

HNILITZENUS

eno-Hungarus.
uditorio Majori
lartyj. boris Antemerid.
o M DC LIX.

WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS BORCKARDI.

Ad Ornatum Respondentem

JOHANNEM GEORGIUM WEDELIUM

I, Cathedram consernere, WEDELI & confere pugnam
 Vacuam cuam tamen.
 Quam doct. ite mentis acumen
 Subtilita.
 Martia non t. shonores
 Hederae. farum decus
 US BUCHNERUS
 Academiae Senior.
 i mentis

Nil nostrae Cadave Nobili
 In te junguntur Magna Actus
 Dogmata dum Bene e Acta se

Sic est! Aoni Scandere,
 Et vicit pœan. Qvæ sibin
 En nunc vicit: Id ceu WE

M. JACOBUS SCHNITZLERUS
 Cibiniensis Transylvanus.

IN Genio quod, Amice-tuo sepe deliverit ignem
 Virtutis summa qui sedet axe Deus,
 Jam scintilla probat, dum publica pulpita scandis:
 Lucida prorumpet tempore flamma suo.

JUSTUS GOTOFREDUS RABNERUS.

F I N I S.

PRÆSES

ad arces
 clavis subit,
 phæsis
 suâ;
 signa triumphi!
 ta notat.

JESU BONE FAVE!
 DISPUTATIO METAPHYSICA
 OCTAVA.
 SUMMARIAM DECISIONEM
 CONTROVERSIARUM
 DE

CAUSA ET CAV-
 S A T O.

occurrentium
 exhibens
 quam
 In Florentissima Leucorea
 Sub Praesidio

M. JOHANNIS BAYERI

Eperiessino Hungari Facult. Philosoph.
 Adjuncti.

Publice Philosophantium lira
 submittit

JOHANNES HNILITZENUS

Rajeceno-Hungarus.

In Auditorio Majori

Addiems. Martij. boris Antemerid.

Anno M DC LIX.

WITTEBERGÆ
 Typis JOHANNIS BORCKARDI.